



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 56. Rursus Vilettæ consultationes inchoatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

chipræsul, petiit tamen, ut uni Depu- Sæcul. XVI.
tato ab utraque parte id negotii dare- A.C.1593.
tur, quo stabilito Sessio solvebatur.

§. LVI.

Rursus Vilettæ consultationes in- choatæ.

Hanc consultationem plures aliæ ex- *Thu. l. 106.*
cipiebant, ubi tamen ob varios tu- *Mem. t. 2.*
multus, & variarum opinionum con- *pag. 116.*
fusionem nil decidi poterat; quamvis
enim singuli de pace præclare loque-
rentur, nunquam tamen de certis eam
procurandi mediis inter se convenire
poterant: præcipue vero populus rau-
cis etiam faucibus vociferabatur: Pax!
Pax! unde ad plebem quodammodo
placandam consultationes continuari
decernebatur, quam in rem Villetæ
prope Parisios alius denuo conventus
habebatur, ubi feria sexta die undecima
Julii Deputati convenerant, primaque
Sessio in ædibus Thuani habebatur.

Ibidem Bituricensis Archiepiscopus
scriptum proferebat, quo superiorum
confessuum actio fideliter, ac breviter
repetebatur, & quid Rex vocatis Epi-
scopis, ac Theologis facere decrevisset,
exponebatur, atque ad extremum in-
duciae toto regno pangendæ offere-
bantur.

Sæcul. XVI. Cum ergo Fœderatorum Deputati
A.C. 1593. paululum defuper consultaturi secesserent, tandem hoc responsum dabant:
 „nos scriptum acceptamus, quam
 „quam illud non usque quaque transactis
 „inter partes rebus conveniat, sed
 „multa aliter, quam pronuntiata sunt,
 „in eo concepta legantur; optamustamen, ut acta hæc integra scripto man-
 „dentur, quæ in dies fideliter per-
 „scripta sunt: ad inducias quod attinet,
 „non videmus, cur tantopere a Regis
 „eæ urgeantur, cum interim Drocum
 „a Navarro Rege tam arcta prematur
 „obsidione, & Maduanus nihilominus
 „ad Mansfeldium Comitem scriperit,
 „ut exercitum ex Galliis reduceret, &
 „ab obsidione castellorum in limite po-
 „sitorum omnino abstineret: ceterum
 „quod rectum, justumque ac universe
 „Reipublicæ Regnique tranquillitati fa-
 „lutare fuerit, id diligenter faciemus,
 „interim non possumus silentio præter-
 „mittere, quosdam existere inter Re-
 „gios concionatores, qui publice exam-
 „bone sectarum virus evomunt, nec
 „de Pastoribus Protestantium loquimur,
 „sed de iis, qui Catholicam fidem pro-
 „fitentur, quos sub lineo habitu turba
 „blaterare inter Catholicos, ad publi-
 „cam offensionem pertinet, & dissimu-
 „lare probrosum est. „ Ad hæc Bitu-
 ricensis

Deputati
fecessi
dabant;
quam
ansatus
at, sed
ca sunt,
musta-
to man-
er per-
attinet,
a Regis
Drocam
rematur
ominos
riperit,
eret, &
nite po-
ceterum
inverte
litati fa-
ciemus,
præter-
ter Re-
e exam-
it, nec
quimus,
em pro-
u turpi
d pub-
diffimu-
ec Bitu-
ricensis

Archiepiscopus promisit, quod in hosce Concionatores inquirere, eosque punire velit, quibus peractis utrinque discessum est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1593.

§. LVII.

Parisiensis Senatus edictum.

Has consultationes ægre ferebant Le-
gatus Cardinalis, atque Hispani,
qui nullum non movebant lapidem, ut
inducias præpedirent, ac Franciæ dia-
dema cujusdam exteri Principis capiti
imponerent: verum etiæ omnes suæ dex-
teritatis fontes exhaustirerent, nunquam
tamen sua molimina ad optatum exi-
tum deducere poterant: insuper Par-
isiensis Senatus die vigesima octava Ju-
nii hanc in rem edictum promulgabat,
in quo potentibus Regio Procuratore,
Curia, omnibusque tribunalibus ibi
congregatis declarabat, quod nunquam
aliud intenderit, nisi ut Religio Catho-
lica, Apostolica, & Romana per Uni-
versum Franciæ Regnum sub Regis
Christianissimi, Religione Catholici, &
Natione Galli præsidio firma servare-
tur, ac nihil magis cordi haberet, quam
ut præcipuæ Regni leges custodirentur,
hinc fese oppositorum dicebat omnibus
pactis, per quæ Franciæ sceptrum ad alios
Principes tam Viros, quam Fœminas e-
tiam sub Religionis obtentu devolvi

Cayet chr.
nov. tom. 3.
mem. de la
lig. tom. 5.
Mem. p. 129,

X 4 posset,